

num valent: cum omnis vitæ spes & virtutis incrementa ab ipsis incunabulis ducantur. Ac licet parentibus natum esse præstantibus, & patriam habere celebrem, divinum quidem, sed alium bonum sit: cui vir sapiens velut proprio & solido nunquam insistit: non tamen in felicitatis parte minima, præclarum genus & patria nobilis reponenda est, cum ad virtutis culturam, resque præclare & laudabiliter gerendas, stimuli ab illis addantur non exigui.

Thucyd.
lib. 2.
Rhodig.
lib. 18. an-
tiq. lection
cap. 25.

Laudari legimus à Pericle Athenienses in prælio cæcos, quod patriam Athenas nacti fuerant. Erat enim Athenarum tanta olim celebritas, ut eas non vidiſſe, opprobrium eſſet turpiſſimum: has non tantum ἐμάδα ἐμάδα, ſed totius univerſitatis quandam univerſitatem, mundi mundum, atq; unum inter plurima mundi miracula nuncupant. Non deest hæc laus ei, quem celebrandum iuſcepimus, LOBECHIO. Fuit enim is HAMBURGÆ natus: civitate, ſi primordia ejuſinquiras, vetuſtiſſimâ: ſi formam Reipublicæ ſcruteris, optimè conſtitutâ: ſi opes & potentiam, ditiffimâ, ampliſſimâ: ſi nominis famam, celeberrimâ: & quod præcipuum eſt, vera Religione, Juſticiâ ac Diſciplina, non florente tantum, ſed peculiariter hoc ornata inſigni teſtimonio, quod foveat Eccleſiam, & literarum ſtudijs optimè faveat. Hinc quondam magnum iſtum Theologum D. IOHANNEM ÆPINUM; clariffimum item, ac zelo domus Dei laudatiſſimum IOACHIMUM VVEſTPHALUM, civem ſuum, orthodoxæ fidei propugnatores acerrimos, duo illa lucidiſſima olim Eccleſiæ purioris ac Lutheranæ ſydera, ſummo in honore habuit. Si ergo patria, pietatis, honeſtarum legum ac diſciplinæ officina, nobiliorem quenquam reddere poteſt; certè
Lo